



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.11. Guterrij miranda fidelitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](#)

In diuino Tribunal multi è stabulis, & pa-  
gis, & angulis, nunc Mundo penitus in-  
cogniti, vocabuntur ad cælestis gloriae co-  
ronam, purpuratis illis relictis.

Voluit tamen Deus Marci virtutem ad-  
huc etiam in hac vita reddere illustriorem. XL.  
GUTTERUS  
MIRANDA  
FIDELI-  
TAS,  
Nam sicut lux nullis potest tenebris abscon-  
di, ita virtus etiam inter obscuros enitescit.  
Itaque fuerunt, qui squallidi illius hominis  
inter canes agentis vitam, mores, actio-  
nesque obseruarent, ac tandem quanta sub  
obsoleto habitu virtus lateret, agnoscerent.  
Illico igitur ad regem aduolant, eiique signi-  
ficant, quantum belli ducem, inter canum  
greges, aleret. Rex euocatum ad se Mar-  
cum interrogauit: *Cur eò usq; se demitte-  
ret, qui principem in aula locum facile tenero  
posset?* Marcus, postquam multa de mun-  
di vanitate, deque ingrati animi vitio disso-  
ruisset, tandem etiam Didaci, cui tam fide-  
liter seruiisset, scisma, remque apud eum  
gestam ordine commemorat, multisque  
cum lachrymis obtestatur, ne se rex, tam-  
quam profugum & Castris proditorem pro-  
vivere vagarique vltro sineret, sed castrum  
hero redderet, atque vel hoc pacto se eidem  
fidei seruare permitteret. Tam generoso

G 5 spiritui,

100 Cap. IV. M. Guterry exemplo animam  
spiritui, censuit benignissimus rex annua-  
endum. Quamobrem extemplo jussit ei Ca-  
strum, quod septem annis obsederat, ita ut  
tum armis & omni genere commicatus in-  
structissimum munitissimumque erat, red-  
di. Dictum, factum. Marcus eo tam libe-  
rali beneficio exhilaratus, nonne potuisse  
ipse sibi arcem seruare? & Didaco tam in-  
grato vices rependere? Nihil ille horum  
e cogitauit, sed quam primum castrum ple-  
nè possedit, ad Didaeum scripsit, ut venire  
jam, ac castrum suum reciperet, sequere ho-  
magio prætito liberaret. Didacus fidem  
viri admiratus Marco rescripsit, ut arcem  
Regi Legionis traderet, ipse homagio liber  
essem, & rarissimæ fidei fortitudinisq; præ-  
conijs mactus gloriosissimam vitam porrò  
ageret. Hæc fides memoria perpetua est  
consecrata; neque enim Hispani tantum,  
sed totus terrarum orbis censuit dignam  
immortalitate. Quid ni & imitatione?

XII.  
**ANIMA,** Duxi suprà, castri vice animam nobis à  
**TAMQVAM** Deo commissam, custodiendam. Nos illam  
**CASTRVM,** non tantum sape diabolo prodimus, & te-  
**CONTRA** merè prodimus, sed etiam, postquam roti-  
**EPSVM R.A-** es ostendit, quanta displicentia eam amise-  
**TIONIS** rit, quantoque eam desiderio cupiat recu-  
**VICTA-** petare.